

terum tām illustris hæc eloquentia, atque hæc ( vt ait Seneca ) diuina facultas ingenij , oratione soluta Virgilium de-  
stituit : Quid enim potest in carminibus, nullum nescire arbitror , qui vel semel  
**Castalio** de fonte gustauerit.

M. T. CICERO.

**S**ed quod ad summā spectat eloquētiā,  
Sconsensus Latinorum omnium M. Tul-  
lio , Græcorum verò Demostheni pal-  
mam defert. Ego autem dilato parum-  
per Demosthene, donec gratius inter suos  
**collocetur** , de Cicerone prius dicam,  
quem Latini eloquij Principem, sine du-  
bitatione Philosophis, Oratoribus, Hi-  
storicis , & Poëtis concorditer visum est  
quod ipsum & Catholici tractatores af-  
ferunt , & vulgò iam ita esse persuasum  
est verum. Ne tamen ( vt idem ipse Tul-  
lius ait in quodam loco ) utar in re certa,  
testibus non necessariis, singulorum te-  
stimoniis p̄etermissis, ad ipsius eloquen-  
tiæ vim , paucorum sed illustrium & no-  
tissimorum effectuum commemoratione  
ne demonstrandam propero. Hęc est qui-  
dem, quæ fortissimis septum armis, nihil-  
que non ausurum Catilinam, in armis ex-  
terruit , & de incendio vrbis ac ciuium

fan-